

habere permittitur? Aut quomodo alienum audebit presumere: cui de suo nihil licet possidere? Quisque igitur bonus monachus votis sui redditor inueniri desiderat: quisque in cenobio constitutus ad celestem patriam anhelat: quisque in inferni tormenta formidat: anima sua ab hoc vicio soliter custodiat: et nihil penitus contra monasticam institutionem possideat. Omnia vero que ad victum et amictum monachis necessaria sunt: monachis per abbatem non in pecunias. sed in utensilibus ministrentur. Hinc sanctus pater noster benedictus in regula precipit dicens. Omnia necessaria a patre monasterij speranda sunt. Ab abate igitur necessaria speranda sunt non superflua. quia non cessitas ad usum monacho permittitur: superfluitas ut crimen condemnatur. Et sicut abbas necessaria fratribus denegans grauiter adeo reprehenditur: ita si concesserit superflua. tanquam puricatori sancti ordinis condemnatur. Necessaria itaque monachis abbas prouideat: superflua interdicat. Nec securum se credat monachus si abbatem consentiente superfluum habeat: quoniam sicut monacho habere proprium interdictum: ita concedere non necessaria abbas prohibetur. Et monachus si rem aliquam non sibi necessariam nimia importunitate ab abate suo extorserit: valde sibi metuendum est: ne tanquam proprietarius inde coram deo iudicetur. Nihil enim habere debet monachus contra regulam: nihil contra abbatis voluntatem: qui propter qui suum nihil penitus estimare precipitat: cui velle et nolle per omnia denegatur. Quicquid vero aliquid habet quod abbatem suum latere desiderat: proprietatis vicuum in pectore clausum portat. Sed de his hactenus.

Vtrum abbas monacho possit concedere proprium.

Lap. vii.

Quod monacho proprium habere omnino non liceat. multis sanctorum testimonij probauimus; restat nunc ut ad sequentia procedamus.